

PRÆFATIO AD LECTOREM.

HÆc, quæ tuo libentissimè
judicio submittimus, Le-
ctor Benevole, specimina
quædam sunt, quæ natura fluido-
rum, quibus ad vitam conser-
vandam, & ad mirabiles actio-
nes obeundas mirificè hominis
anima utitur, nostræ menti inter-
speculandum suggessit. Eadem
nunc in epitomen colligimus, &
vitiis, quibus ipsorum evertitur
ordo, comparamus, ut medicæ theo-
riæ necessitas manifestetur, atque
ut palam fiat ab ipsis cuiuslibet
morbi ætiologiam, & remedium
derivariposse, dummodo magnum
illud ratiocinii auxilium non ne-
gligamus ; hinc hujusmodi cogi-
tata totam facultatem medicam
com-